Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Hore beate marie virginis secũdũ vsum Romanum totaliter ad longum sine require: cum multis suffragiis et Orationib[us] de nouo additis

Paris, [1525]

[Evangelii]

urn:nbn:de:bsz:31-54273

Visual Library

xiii	f	bibiane virginis.			
ii	A				
x	b	barbare virginis & martyri.			
	c	ſabbe virginis & martyris.			
xviii	d	Nicolai epiſcopi & confeſſori.			
vii	e	ambroſii confeſſoris.			
	f	Conceptio beate marie vir.			
xv	g	cypriani martyris.			
iiii	A	maurili confeſſoris.			
	b	gorgonii martyris.			
xii	c	Sol in capricorno.			
i	d	lucie virginis & martyris.			
	e	lāberti.	xi	g	cypriani.
ix	f	victoris.		A	vigilia.
	g	O ſapiēti	xix	b	Nati. do.
xvii	A	lazari epi	viii	c	Stephani
vi	b	graciani.		d	Johānis.
	c		xvi	e	Sctoꝝ in.
xiii	d	Vigilia.	v	f	thome ar.
iii	e	Thome.		g	Vrſini.
	f	firmini.	xiii	A	ſilueſtri.

Initium ſancti euangelii ſecundū Johannem. Gloria tibi domine.

IN principio erat verbum ⁊ ve-
bum erat apud deū: ⁊ deꝰ erat
verbū. Hoc erat in principio apud deū
Omnia per ipſum facta ſūt: ⁊ ſine ip-
ſo factuz eſt nichil. Quod factuz eſt in

ipſo vita erat ⁊ vita erat lux hominū ⁊
lux in tenebris lucet: et tenebre eā non
ↄprehēderūt. Fuit homo miſſus a deo:
cui nomē erat iohānes. Hic venit in te-
ſtimonium vt teſtimoniū perhiberet de
lumine vt oēs crederent per illuz. Non
erat ille lux: ſed vt teſtimoniū ꝑhiberet
de lumine. Erat lux vera que illminat
omnē hominem veniētem in hūc mun-
dum. In mundo erat ⁊ mundus per ip
ſum fact⁹ eſt: ⁊ mundus eū non cogno
uit. In ꝓpria venit: ⁊ ſui eum nō rece
perūt. Quotqd autē receperunt eū: de-
dit eis poteſtatē filios dei fieri: his qui
credūt in nomine ei⁹. Qui nō ex ſangui
nibus neqz ex voluntate carnis neqz
ex volūtate viri ſed ex deo nati ſūt. Et
verbum caro factum eſt: ⁊ habitauit in
nobis. Et vidim⁹ gloriā eius gloriam
quaſi vnigeniti a patre: plenū gratie ⁊
veritatis. Deo gratias. aña. Te inuo
camus: te adoram⁹: te laudamus: te
glorificam⁹ o beata trinitas. ℣. Sit
nomen dñi benedictum. ℟. Ex hoc

nunc et vſqꝫ in ſeculum. Oremus.

PRotector in te ſperantium deus ſine quo nichil eſt validum: nichil ſanctũ multiplica ſup nos miſericordiã tuã: Vt te rectore te duce ſic trãſeamꝰ ꝑ bona temporalia vt nõ amittamꝰ eterna. Per xp̃m dñm noſtrum. Amen.

Sequentia ſancti euãgelii ſecundũ Lucam. Gloria tibi domine.

IN illo tempore. Miſſus eſt gabriel angelus a deo in ciuitatem galilee: cui nomen nazareth ad virginem deſponſatam viro cui nomẽ erat ioſeph: de domo dauid et nomẽ virginis maria. Et ingreſſus angelus ad eam dixit. Aue gratia plena dominus tecum: benedicta tu in mulieribus. Que cum audiſſet turbata eſt in ſermone eiꝰ: ⁊ cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio. Et ait angelus ei. Ne ti

meas maria inueniſti enī gratiā apud dominum. Ecce concipies in vtero ꝛ paries filium ꝛ vocabis nomē eius ieſum Hic erit magnus ꝛ filius altiſſimi vocabitur. Et dabit illi dominus deus ſedem dauid patris eius ꝛ regnabit in domo iacob in eternum: ꝛ regni eius non erit finis. Dixit autē maria ad angelum. Quomodo fiet iſtud quoniā virū non cognoſco? Et reſpondens angelus dixit. Spiritus ſanctus ſuperueniet in te et virtus altiſſimi obumbrabit tibi. Ideoqꝫ ꝛ quod naſcetur ex te ſanctum vocabitur filius dei. Et ecce elizabeth cognata tua: ꝛ ipſa concepit filium in ſenectute ſua. Et hic menſis eſt ſextus illi que vocatur ſterilis quia non erit impoſibile apud deum omne verbum. Dixit autem maria. Ecce ancilla dñi. Fiat michi ſecundum verbum tuum. Deo gratias.

Sequentia ſancti euangelii ſecundum Matheum. Gloria tibi domine.

In illo tempo
re. Cum na-
tus eſſet ieſꝰ in bet
hleem iude in diebꝰ
herodis regis: ecce
magis ab oriēte ve
nerūt hieroſolymā
dicentes. Ubi eſt q̄
natus eſt rex iude-
orum. Vidimus enim ſtellam in oriēte
et venimꝰ cū muneribus adorare eum
Audiens autē herodes rex turbatꝰ eſt
et oīs hieroſolyma cū illo. Et ꝯgregās
omnes prīcipes ſacerdotū: ⁊ ſcribas po
puli ſciſcitabatur ab eis: Ubi xp̄s naſce
retur. At illi dixerūt ei. In bethleē iu
de. Sic enī ſcriptū eſt per prophetā Et
tu bethleē terra iuda nequaq̄ minima
es in principibꝰ iuda. Ex te enim exiet
dux q̄ regat populum meū iſrael. Tūc
herodes rex clam vocatis magis dili-
genter: didiſcit ab eis tēpus ſtelle que
apparuit eis. Et mittens eos in bethleē
dixit. Ite ⁊ interrogate diligēter de pu

ero. Et cum inueneritis renũciate mi-
chi: vt ⁊ ego veniens adorare eũ. Que
cuꝫ audiſſent regẽ abierũt. Et ecce ſtel
la quã viderant in oriẽte: antecedebat
eos vſqꝫ dum veniens ſtaret ſupra vbi
erat puer. Videntes autẽ ſtellaꝫ magi
gauiſi ſũt gaudio magno valde Et in-
trantes domũ: inuenerunt pueꝝ cum
maria matre eiꝰ. Et procidentes ado-
rauerũt eũ Et appertis theſauris ſuis
obtulerunt ei munera: aurum: thus:
et myrrham. Et reſponſo accepto in ſõ-
nis ne redirent ad herodem: per aliam
viã reuerſi ſũt in regionẽ ſuã. Deo gra
Seqñtia ſcti euãgelii ſõ Marcũ. Glo

IN illo tempo
re. Recumbẽ
tibus vndecim di-
ſcipulis apparuit il
lis ieſus. Et expro
brauit incredulita-
tem illorum ⁊ duri-
ciam cordis: quia
his qui viderant eũ

reſurrexiſſe a mortuis non crediderāt.
Et dixit eis. Euntes in mundum Vni
uerſum predicate euāgelium omni cre-
ature. Qui crediderit et baptizatus fu
erit ſaluus erit. Qui vero non credide-
rit condemnabitur. Signa autem eos
qui crediderint hec ſequentur. In no-
mine meo demonia eiicient linguis lo-
quentur nouis ſerpentes tollent. Et ſi
mortiferum quid biberint non eis noce
bit. Super egros manus imponent: et
bene habebunt. Et dominus quidem
ieſus poſtq̄ locutus eſt eis aſſumptus
eſt in celum: ⁊ ſedet a dextris dei. Illi
autem profecti predicauerunt Vbiqꝫ do
mino cooperante ⁊ ſermonem ꝯfirman
te ſequentibus ſignis. Deo gratias.
Per euangelica dicta deleantur noſtra
delicta. Amen.

Paſſio domini noſtri ieſu chriſti. Se
cundum. Johannem.

Quēcūqꝫ oſculatꝰ fuero ipſe eſt tene-
te eum. Et ducite eum caute. ma. xiiii.